





1987

— 45 —

*Q. D. B. V.*

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
*DE*  
**JURE RETRA-  
CTUS LEGITIMO.**

*Quam*  
Deo Ter Opt. Max. annuente,  
Ex Consensu atque Decreto  
*Magnifici, Nobilissimi, & Amplissimi J. Ctorum*  
*Ordinis in Illustri Salanâ,*

PRÆSIDE  
*NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO ATQUE*  
*EXCELLENTISSIMO*

**DN. JOHANNE CHRISTOPHO-  
RO Galfner / J. U. D. & Prof. P. celeberrimo,  
Consiliario Saxonico, Curiæ Provincialis, Facultatis  
Juridicæ, & Scabinatûs Assessore longè gra-  
vissimo,**

Patrono atque Promotore suo æternûm devenerando,

*Pro LICENTIA*

legitimè capessendi Summos in Utroque JURE HONO-  
RES & PRIVILEGIA DOCTORALIA.

*Publico Eruditorum Examini exponit*

**JOH. CHRISTOPHORUS HEINTSCHIUS,  
NEO-HALDEN SCHLEBIENSIS SAXO.**

*In Auditorio J. Ctorum*

Ad diem Decembr. horis ante- & pomeridianis,  
ANNO M DC LXVIII.

*JENÆ, Litteris JOHANNIS NISI.*

1990

1991

# I. N. D. N. J. C.

## P R A E F A M E N .



**U**m admodum triste & lugubre sit  
videre paternas & avitas domos. ac antiqua  
Majorum prædia in extraneas manus trans-  
ire. arg. l. 38. ff. de R. V. l. 35. ff. de minor. 25.  
ann. l. 22. §. nec verò domum C. de administr.  
Tutor. iutersit præterea Rerumpubl. famili-  
as omnibus conservari modis l. 2. §. antepen. ff. de Vent. in-  
spic. quippe cum harum splendor & dignitas existat, ful-  
crum & sustentaculum illarum firmissimum arg. text. in-  
Aur. Bull. Carol. IV. tit. 3. in verb. quorum præsidio dextera  
Imperialis robatur Bodin. de Republ. lib. 5. cap. 2. Hinc  
videmus plerisque in locis Germaniæ, in Gallia, item His-  
pania & Italia, aliisque in regionibus, teste Tiraquell. tract.  
de retract. Lin. in prefat. num. 1. & 16. Gail. 2. observat.  
19. pr. Novell. Ser. Elect. August. constit. 32. pr. Pingizer. Quest.  
Sax. 36. num. 1. & seqq. ex generali quadam consuetudine  
receptum esse d. Novell. Elect. August. pr. verb. two aus sta-  
tuten oder verwehrter Gewohnheit hergebracht/ etc. Berlich.  
conclus. pract. part. 2. conclus. 39. num. 15. Carpz. Jurispr. for.  
part. 2. constit. 31. def. 2. num. 9. & seqq. Ut, licet res Majo-  
rum in extraneum quendam interveniente emptionis  
venditionis contractu translata sit, nihilominus tamen il-  
lis, qui ejusdem generis, familiæ ac prosapiæ jure censem-  
tur, detur facultas bona illa distracta, & à familiâ separata.

A 2

à quo-

1992

à quocunque possessore revocandi , exsolutove pretio ea-  
dem recuperandi , tribuatur licentia ; quæ facultas (conve-  
niente sanè & naturam rei eleganter exprimente nomine)  
vocari solet jus RETRACTUS legitimum vel gentilitium .  
Et hæcce materia , cùm non modò rara , verùm etiam scitu  
simul videatur necessaria , mihi adeò placuit , ut eam Inau-  
guralis loco impræsentiarum pertractari dignam existima-  
verim . Ad cujus etiam uberiorem meditationem misso  
longiori verborum anfractu , præmissâ verò invocatione  
Nominis Divini , quâ ad omnia consilia & omnes actus no-  
stros semper progredimur l. 2. pr. C. de offic. Praefect. Pre-  
tor. pede properante pergitus , sperantes bonum initium &  
optimum finem , juxta Gloss. in proœm. Instit.

## CAPUT I. DE Definitione nominali & reali.

1. Antequam autem ad accuratiorem nobilis hujus mate-  
riæ deductionem pedem proferamus , in nonnullis præ-  
liminaribus , juris videlicet hujus inscriptione , ac denomina-  
tione paulisper subsistendum erit , ut hac perspectâ ejus-  
demque ratione cognitâ eò feliciori sydere ad reliqua pro-  
gressum facere possimus , juxta l. i. pr. ff. de J. & J. No-  
mina namque sunt quasi quædam picturæ & characteres , ex  
quibus ipsa rerum innotescit natura Gell. Noct. Atticar. lib.  
13. cap. 10. Unde vulgatum illud : Conveniunt rebus nomina  
sæpe suis . Et Principi Philosophorum lib. i. post. cap. 4. no-  
men dicitur primum intelligendi principium ; cui quoque  
subscribere videmus jus Canonicum C. Clericus qui i. C. 12.  
quest. i. C. placuit 16. C. i. quest. i. dum pro regula tradit: No-  
minis

1893

minis interpretationem & definitionem præ omnibus diligenter esse observandam. Sciendum itaque Retractum 4.  
dici à retrahendo, quemadmodum contractus à contrahendo, Distractus à distrahendo. *Magn. Dn. D. Richter. Praeceptor & Patronus meus honoratissimus decis. 76.n.1.* Varia autem est Retractus acceptio: Sumitur enim vel generaliter vel specialiter: Priori modo omnibus, qui ex populo universo 6.  
sunt, jus Retractūs conceditur. Posteriori verò modo, pro 7.  
ut distinctis saltem personis in individuo certo competit, quæ acceptio specialis hujus loci est, quò in specie pertinet Ulpiani sententia *in l. Imperatores 9. §. 2. ff. de administr. I. rer. ad civit. pertinent.* ubi refert, Imperatores Antoninum & Verum ita rescripsisse: Agros Reipubl retrahere Curatorem Civitatis debere, licet à bonæ fidei emporibus posseantur, cùm possint ad suos Autores recurrere. Consanguineus enim dum hoc jure utitur, ad se atque ita ad familiam, à qua res recesserat, eandem retrahit *Tiraquell. de 10. Retract. Lin. in prefat. num. 5.* huc redeunt variæ Juris nostri pro varietate nationum appellations, aliter enim Græci, aliter Romani, aliter Germani, dum illud delineare student, loqui amant! In Græcia audit ~~περιμοσις~~, id est, II. anterioritas, siye prærogativa à ~~περιμέω~~ quod est, præfero, quod scilicet illi, qui hoc jure gaudent, extraneis & omnibus aliis præferantur, *Calvin. in Lex. Jurid. verb. περιμοσις* item ~~περιμοσις~~ à ~~περιτροπή~~ & ~~μύσης~~ præclusio, quia ex hoc capite sanguine junctus reliquis emporibus viam præcludit. In Latio vocatur jus Retractus, & derivatur à re 12. & trahendo quasi dicas quod res semel venditata rursus reintroducatur & revocetur. Appellatur alias Doctoribus jus ~~περιμοσις~~, id est, prælationis vel anterioritatis, jus præsentationis, jus recomperæ, jus congrui, *Dn. Wissenbach.*

A 3

Disput.

1994

Disput. 36. th. i. item retractus gentilitius à gentibus ita  
 dictus, quod iis competit tantummodo, qui ejus gentis &  
 familiæ existunt. *Calvin. ibid. verb. gentilitium.* In nostrâ  
 vernaculâ illud jus dicere solemus: Einstand / Rück- oder  
 Näherkauff / Vorzug / Lösung / Gerechtigkeit / Erblösung /  
 Erb-Freundrecht. *Vid. Werner. Thesaur. Pract. verb. Lösen.*  
*Besold. eodem verb.* In Constitutionibus Electoralibus  
 nuncupatur, der Vorkauff oder die Nähergeltung *const. 32.*  
 part. 2. elegantes harum denominationum apud Teu-  
 tones rationes similesque hujus farinæ voces congesit  
*Reinking. tract. de Retractu consanguin. quest. 1. numer. 6.*  
 & seqq. Et hæc de varietate nominis & multiplici juris hu-  
 14. jus indigitatione dicta sufficient. Visis jam variis nomini-  
 bus, diversisque appellationis rationibus, varias nunc  
 quoque subjungemus hujus juris definitiones, neque enim  
 in hoc definiendo satis convenerunt hactenus Dd. cùm ali-  
 ter atque aliter illud ipsum proponant. Quidam ex illo-  
 rum numero Retractum definiunt, quod sit Jus consanguineo  
 competens ad retrahendum & redimendam rem à  
 suo consanguineo venditam extraneo, & ita *Rebuff. ad l.*  
 16. *verbum reddendi 94. v. Retrabere ff. de V. S.* Nonnulli ma-  
 lunt ejus naturam his verbis planā facere, dicendo; esse facul-  
 tam venditam rem immobilem æquali pretio redimendi.  
 jure proximitatis intra certum tempus competentem, quæ  
 17. definitio arridet *Petr. Gregor. Tholoff. in Syntagma. Jur. u-*  
*nivers. lib. 26. cap. 1. num. 4.* Alii verò rem ita exponunt;  
 dicendo jus Retractū nihil aliud esse quam jus prælati-  
 onis certis personis competens, quibus album suum calcu-  
 lum addit *D. Hahn. in observat. ad Wesenbec. Tit. de*  
 18. *rescind. vendit. num. 6. verb. Retractu.* Alii denique hanc  
 ponunt definitionem. Retractus gentilitius est rei immo-  
 bilis

1995

bilis extrafamiliam vel remotiori venditæ, ex cap. con-  
sanguin. & proximitatis intra tempora statuta, legitimè  
facta redemptio. quibus subscribit *Reinking de Retractu con-*  
*sanguinitatis quest. 1. num. 64.* Copiam hīc videmus defi-  
nitionum, & liberum cuilibet esto iudicium, cui ex harum  
numero se associare velit : Nobis si licitum est sele-<sup>19-</sup>  
ctum facere, placet ultima, quæ cum optimè rem  
exprimat, & ea, quæ in subsequentibus de substantia & essen-  
tia hujus Retractūs proponentur, ambitu suo contineat,  
reliquis quas adduximus, optimo jure anteponenda vi-  
detur.

## CAPUT II.

### Repræsentat subiectum u- trumque, & agens & patiens.

PRæmissâ jam definitione tam nominali quàm reali 1.  
consequens porrò est, ut ad ipsam rei tractationem  
accedamus. Quò autem omnia decenti connectantur se- 2.  
rie, & debito sese invicem dicenda sequantur ordine (intel-  
ligi namque possunt dilucidius, quæ tractantur ordinatus  
*t. 1. pr. ff. de dolo mal.*) Præprimis de personis quibus nimi-  
rum uerè & adversus quas jus hocce competat dispicie-  
mus, imitaturi paradigma Imperatoris nostri Justiniani *in*  
*§. ult. Instit. de J. N. G. & C.* parum siquidem est jus nosse,  
si personæ, quarum causâ constitutum est ignorantur. d. §.  
ult. Illæ verò statim se nobis offerunt, dum rationem juris  
hujus, quæ in favore sanguinis & affectione erga bona Ma-  
jorum posita est *per text. in l. tex quæ 22. §. 2. C. de admi-*  
*nistr. tut. ponderamus, suntque Consangninei venditoris.*

Quo<sup>r</sup>

1996

4. Quoniam verò consanguineorum numero habentur etiam liberi nostri *i. filius 12. ff. de suis & legit. hered.* iique omnibus aliis præferuntur in successionibus per *Novell. 180.*
5. *cap. 1.* Meritò & his jus hoc favet præ cæteris. Notandum tamen sub sanguine junctis non tantum masculos, sed etiam fœminas comprehendit, & propterea æquè ad retrahendum admittendas *Tiraquell. de Retract. Lin. §.. Gloss. 9. num. 237. & seq. Berlich part. 2. conclus. 39. num. 23.* quia etiam familiæ ac generis appellatione continentur. *i. 195. ff. de V. S. l. 4. C. de fideicomm.* nisi subjecta materia repugnet. *i. 1. §. 2. ff. de Jure immun. l. 33. ff. de muner. & honor. vel, statutum in contrarium extet, disponens, quod scil existentibus masculis fœminæ non sint admittendæ, tunc enim pro extraneis habentur *Tiraquell. dict. tr. §. 1. Gloss. 8. num. 23.**
6. Cæterum gaudet hoc jure infans & filius fam. in Patris
7. sui potestate existens. *Nicol. Boërius Decis. 238.* Filius tempore venditionis conceptus, & intra annum, qui ad retrahendum datur, natus; *Magnif. Dn. D. Richter. Decis. 76. n. 16.* Pupillus, quamvis tutore suo & præsente & consentiente præmium fuerit venditum. *Magnif. Dn. D. Richter loco allegat.* Et quanquam Parentes bona sua immobilia alienare non prohibeantur, cum notum sit quemlibet esse moderatorem & arbitrum rerum suarum. *i. in remandat. 21. C. Mandati.* quoniam verò lex arbitrium hoc expressè impedit *vid. Constit. Friderici Imp. 5. Feud. 13. & seqq.* Idcirkò liberis bona in extraneum alienata retrahere licet. *Magnif. Dn. D. Richter dict. decis. 76. §. 13.* Idque non tantum in bonis simpliciter venditis, verum etiam in bonis parentum subhaftatis obtinet. *Dom. D. Richter loc. allegat.* pluribus autem liberis existentibus unus ex illis, qui solum eō uti vult, istud insolidum, non verò pro parte tan-
- tum

rum sua exercere potest. Sin verò omnes velint uti vi- 12  
 dendum, an commodè res divisionem recipiat, nec ne, si  
 illud, ea inter retrahentes dividi potest, si hoc, sorte diri-  
 menda lis est. *Magnif. Dn. Richter. Decis. allegata.* Hoc 13.  
 jure etiam gaudere liberos per subsequens matrimonium  
 legitimatos, nullum est dubium, cum matrimonium o-  
 mnia præcedentia purget *Gail. l. 2. observat. 141. num. 2.*  
*Novell. 89. per tot. & legitimati insuper non dissimiles legi-*  
*timè natis sint Novell. 89. c. 3. Paul. Parif. Consil. 13. n. 40. &*  
*nura. 15. vol. 2.* Hisce deficientibus competit hoc jus (2.)<sup>14</sup>  
 Parentibus, puta Patri, Matri, Avo, Aviæ, aliisque ascen-  
 dentibus, si bona avita ad eorum filios & nepotes & reli-  
 quos descendentes quovis modo pervenerunt & illi ea alie-  
 nare volunt, *Berlich. conclus. pract. 2. c. 39. num. 41. (3.) 15.*  
 Conceditur etiam fratribus & sororibus, quia & hi consan-  
 guineorum nomine continentur §. 1. *Inst. de legit. agnat.*  
*success. l. 1. §. 10. ff. de suis & legit. (4.) Conceditur 0-16.*  
 in omnibus consanguineis, tum proximioribus, tum iis, qui quo-  
 vis modo arctiori sanguinis vinculo invicem conjuncti, vel  
 ex patre vel matre, vel alio & sexu se attingunt, juxta  
 illud vetus ac tritissimum dicterium: Proximior in-  
 ingradu remotiorem excludit, quò enim propinquior co-  
 gnatio, tanto major videtur erga bona defunctori affectio.  
*L. qua tutores vers. ergo. C. de administr. tut. l. in fundo 38. ff.*  
*de R. V. prætendenti autem se Proximiorem consanguine-*  
*um hoc probare incumbit, Reinking. quest. 2. concl. 1. §. 13.*  
 Ceterum queritur, si plures ejusdem gradus existant con- 17.  
 sanguinei, quis illorum hoc jure debeat gaudere? Resp. sub  
 distinctione, utrum res sub divisionem cadat nec ne? Si  
 prius; tunc omnes, si hoc jus exercere velint, admittun-  
 tur, singuli nimirum pro rata *Berlich. d. conclus. 39. num. 25.*

B

Sive-

1998

- Si verò res ita comparata sit, ut divisionem non admittat, eo casu videntur potiores partes prævenientis, ita ut ei in solidam detur actio 1. meminimus 2. C. qn. & quibus quart. pars. Conf. Tiraquell de Retract. Lin. in prefat. §. 11. Gloss.
18. 2. num. 2. quid si simul ad judicium provocent, lis sorte dirimenda Matth. de afflict. de jur. protim. num. 25. Berlich. d. conclus. 39. num. 26. Dubia namque sorte dirimantur l. sed eum ambo 14. ff. de judic. §. optionis 23. Inst. de Legat. & juxta Baldum, ubi humanum non sufficit ingenium, ibi fortuna altercationem dirimit. Cujus rei exemplum videre licet in judicio communi dividendo d. l. 2. C. qn. & quibus quart. pars. l. fin. ibid. Dd. C. comm. de legat. & hereditatis divisione l. 5. ff. fam. bercisc. l. generaliter. §. quid ergo 17. ff.
20. de fideicom. libert. Sin verò eorum aliquis in alienationem consenserit, vel jure retractus uti nolit, ejus portiones cæteris accrescuntut, illi in solidum agere possint. Matib. de Afflict. tract. de jure ~~negtiūōēwē~~ §. tota bēc lex num. 43.
21. verb. nam primo competit Parentibus &c. Notandum quoq; quoad Collaterales vel Cognatos, quod illis hoc jus non detur in infinitum, sed saltem ad decimum usque gradum. Berlich. d. conclus. 39. num. 38. Schrader. de feud. p. 10. sect.
22. 19. num. 44. Siquidem jus Retractus sequitur naturam successionis, quæ ultra decimum gradum inter Collaterales se se non extendit. Schneid. ad tit. inst. de heredit. que ab intestato deferuntur in 3 ordine n. 39. pag. m. 420. Nec obstat quod textus hic distinguat inter Agnatos & Cognatos, ut Agnati ad decimum, Cognati verò usque ad sextum vel septimum gradum ad successionem admittantur, quia sublata inter agnatos & cognatos differentia est. Magnif. Dn.
23. 24. D. Richter decis. 76. num. 26. Hinc communiter receptum est, omnes sive agnatos sive cognatos collaterales indistincte

cte

1999

Etè usque ad decimum gradum ad successionem vocari Ro-  
 land. Passagier. tract. de success. ab intest. num. 21. vers. sed  
 revoco nunc in dubium usque ad quotum gradum successio &  
 n. seqq. Postquam cognovimus, quibus hoc jus competit,<sup>25.</sup>  
 facillimo negotio (si modo Imperatori nostro in pr. Inst. de  
 de his qui sui vel alterius juris credimus) nunc patebit, in  
 quibus illud ipsum cesset & (1.) quidem hoc jus non conce<sup>26.</sup>  
 ditur naturalibus, spuriis, incestuosis, adulterinis & bastar-  
 dis, quia non sunt de domo aut familiâ Patris. Bart. in l. pro-  
 nunciatio 195. §. 2. ff. de V. S. Bald. consil. 168. colum.  
 2. lib. 5. nec sub cognatorum vel agnatorum appellatione ve-  
 niunt l. si spuriis 4. ff. unde cognati, nec illum jus gentilitatis  
 vel familiæ à patre habent, sed quoad familiam pro extra-  
 neis planè habentur Bald. in l. generaliter §. cùm autem  
 C. de Instit. & substit. Meritò ergò à bonis paternis exclu-  
 duntur l. 8. C. de natural. liber. Procedit hoc quoque in Ba-  
 stardorum & spuriorum liberis, quia infecta causâ primi-  
 tivâ, inficitur & derivativa, Bald. in l. fin. C. de V. S. Mattb.  
 de afflct. decis. Neapolit. 36. num. 3. Quemadmodum au-  
 tem hi ad revocationem bonorum paternorum non admit-  
 tuntur, ita nec vicissim legitimi sub agnationis & familiæ  
 prætextu, ad spuriorum & ex iis descendantium, bona  
 vendita retrahenda admittuntur, cùm contrariorum con-  
 traria sit consequentia, & quidquid dispositum est in uno  
 contrariorum, censetur etiam dispositum in altero. Ever-  
 bard. in Topic. loc. à contrar. Quod autem attinet bona  
 materna, spuri nequaquam sunt removendi, sed ad retra-  
 hendum omnino admittendi: Nam filius ex quocunque  
 coitu natus, respectu matris est verè ac propriè filius, & e-  
 am ob causam jus sanguinis quoque retinet l. 2. & 4. ff. un-  
 de cognati l. 10 §. 1. & seqq. ff. de grad affinit. ac in linea ma-  
 ternâ

ternâ ejusdem cognatio consideratur l. quia semper s. ff. de  
 30. in jus vocand. Unde etiam est, quod naturalibus & spuriis  
 in maternis non denegetur successio d. l. 2. ff. unde cognati  
 §. 4. Inst. de success. cognat. l. pen. C. ad SC. Orbit. Nov.  
 31. 89. c. 12. nec (1.) liberis ingratibus, & illis qui atroces injuri-  
 as vel violentas manus venditori vel ejus familiæ intulerunt  
 aut ejus substantiæ gravem jacturam moliti sunt, nisi offen-  
 sionem insecura sit reconciliatio, vel ad necessariam sui de-  
 fensionem, venditore a realiter vel verbaliter offenderit  
 Dn. D. Ribter decis. 76. num. 22. Perez. in Cod. de pact. in-  
 32. ter empt. & vendit. num. 26. nec (3.) personis monasticis,  
 cum pro mortuis seculo habeantur l. Deo nobis 56. C. de E-  
 pisc. & Cler. Bartol. in l. patre furioso ff. de his qui sunt sui vel  
 alieni juris, ut proinde affectio in res majorum, quibus  
 se sponte abdicarunt & quasi ultimum vale dixerunt, cade-  
 33. re non possit. Nec obstat quod Monachus Monasterium  
 ingressus jura successionum de jure communi obtineat, l.  
 pen. §. 1. C. de Episc. & Cler. quia enim non sibi suæque fa-  
 miliæ, cuius conservandæ causâ retractus est introductus,  
 sed Monasterio & ad hujus utilitatem ac commodum retrah-  
 34. hit, meritò removetur. Nec (4.) adoptivis, quoniam ap-  
 pellatione consanguineorum non comprehenduntur, sunt  
 enim filii non veri, sed ficti l. fideicomm. 76. ff. de cond. &  
 35. monstr. §. 4. inst. de adopt. l. 8. ff. de R. 7. Nec (5.) affini-  
 bus, cum affinitatis jure nulla permittatur successio l. affi-  
 36. nitatis 7. C. communia de success. Nec (6.) legitimatis per  
 rescriptum Principis, vel Comitem Palatinum Philippus  
 Decius conf. 276. num. 6. cum seqq. ratio hujus restrictionis  
 potest esse, quod legitimatio per subsequens matrimoniu-  
 um sit plenior & efficacior, quacunque aliâ, ut notat Paulus  
 Paris. consil. 13. num. 40. & num. 15. vol. 2. Hieronym. de  
 Gavall.

**Cavall.** in spec. comm. opinion quest. 606. num. 12. & propius accedit hæc legitimatio ad legitimum nascendi modum, & regulare principium; nisi expresse in legitimatis rescripto, ut jura cognationis aliquis habeat, & Retractu proximitatis uti possit, dispositum sit. **Mynsing.** **I.** observat. 35. num. 10. Et observat. 2. num. 6. cent. 5. **Tiraquell.** bic. §. 1. **Gloss.** 3. num. 7. Nec (7.) deportatis, propter §. 1. Et 37. 2. **Inst.** de cap. diminut. l. fin. ff. eodem Et l. quidam sunt servi 17. ff. de pact. Nec pari modo Bannitis Imperii; **Webner.** observat. pract. verb. Acht. Ordinat. Cam. part. 2. tit. 9. §. so iemand Et vers. so bald auch/ etc. tit. 10. §. und wo er etc. nec (8.) ipsi venditori. **Tiraquell.** bic §. 1. **Gloss.** 9. n. 33. Ven- 38. ditor enim rem aliquam extra familiam vendendo affectio- nem, quam ad eam habere poterat, amittere videtur l. qua- ritur 14. §. si venditor 9. ff. de adili. edict. neque jura pa- tiuntur aliquem retractare posse ea, quæ legitimè à se gesta sunt l. post mortem 25. ff. de adopt. l. cum profitearis 4. C. de revocando donat. l. sed an ultro 10. ff. de negot. gest. Deni- 39. que, ut multa paucis dicamus, omnibus iis denegatur jus re- tractus, in quibus ratio sanguinis aut affectio ergarem ven- ditam cessat.

Vifis jam & peractis consideratis, quibus hocce jus com- 40. petit, nec ne, progrediemur nunc ad illas, adversus quas detur. Datur verò regulariter adversus emptorem **Tiraq.** 41. §. 8. **Gloss.** 5. num. 6. Et seqq. quamdiu videlicet ille rem emptam, in quâ alteri facultas retrahendi competit, in suâ potestate & in numero bonorum retinet. Cum enim ad 42. restitutionem ejus agatur, nemo melius eam reddere pot- est, quam qui possidet. Quod si vel alienaverit & terti- 43. um quendam rei retractui subjacentis possessorem effe- rit, tunc relicto emptore, ob eandem & jam modo in me-

2002

dium adductam rationem, ad novum istum possessorem  
properandum est l. in hac actione 3. s. est autem 3. ff. ad ex-  
hibend. l. metum 9. §. ult. ff. quod metus causa Tiraquell. d.  
44. tract. §. 12. Gloss. i. num. 4. Et hoc adeò verum est, ut sal-  
vum & integrum jus istud cognatis primi venditoris manet,  
quamdiu currit tempus retrahendi, quamvis etiam per  
mille manus, uti loquuntur, res vendita ambulaverit Ti-  
raquell. d. Gloss. i. num. 2. Habent enim illi cognati ex pri-  
mâ venditione jus quæsitum, quod ipsis invitis sine eorum  
facto afferri non debet l. id quod nostrum 11. ff. de R. J. Rein-  
king. question. 2. numer. 139. Si vero mortuus sit primus  
ille emptor, adversus ejus heredes retrahendi datur regres-  
sus. Tiraquell. §. i. Gloss. 13. num. 14. representant namque  
personam defuncti. Novell. 48. in prefat. Meliorisq; con-  
ditionis esse non debent l. heredem 59. l. in his qua  
47. officium 175. s. non debet 1. ff. de R. J. Si denique emptor  
vel possessor sit minor vel pupillus, eo casu ipsius tutorem  
aut curatorem convenire, & ut rem à consanguineo aliena-  
natam nobis restituat, cogere licitum atque concessum est.  
Tiraq. d. Gloss. 13. n. 24.

## CAP. III. Refert Objectum.

1. Absoluta personarum consideratione, accedemus ad re-  
liqua, & quibus nam in rebus jus hocce Retractus sibi  
locum vindicet, nec ne, pervolvemus. Obtinet autem
2. (l.) in bonis avitis, paternis & gentilitiis, vulgo Stam-  
güter / altväterliche Güter oder Erbe / quæ fuere Majo-  
rum nostrorum. l. si in emptionem 35. ff. de minoribus. Carpz.  
jurispr. forens. part. 2. const. 31. & ab Avo, Proavo, aculteri-  
ori-

tribus parentibus profiscuntur, non modo paternæ sed  
& maternæ lineæ *Dan. Möller. ad Constit. Elect. 12. num. 2.*  
*Berl. part. 2. conclus. 13. Stammgüter.* De Jure Saxo- 3.  
nico ita describuntur: daß Stammgüter solche Güter  
seyn/welche der donator vel quilibet possessor mit selber ac-  
quiriret oder erlanget/ sondern die von seinen Vorfahren/  
als Grossvätern oder dergleichen gewonnen/ und von dem-  
selben ihren Ursprung haben. *Constit. Elect. 12. part. 2. hoc*  
*est, pro bonis avitis illa habenda sunt, quæ non ipsem est,*  
*donator vel possessor acquisivit, sed quæ à majoribus suis*  
*Avo nimirum & similibus ad ipsum pervenerunt. Unde*  
*in Constit. Elect. 31. part. 2. hæc posita reperiuntur verba:*  
**Jedoch daß unter den Stammgütern diese verstanden wer-  
den / die nicht von Eltern alleine / sondern von Groß El-  
tern herkommen.** (2.) in bonis quibuscumque hereditariis, 4.  
sive ea ex Ascendentium, Descendentium, vel Collaterali-  
um hereditate nobis obveniant, anerbeie oder angefallene  
Güter. *Cotbne. vol. 1. Consil. 38. n. 8.* sive aliunde sint quæ-  
sita, modo ejus sint qualitatis & conditionis, ut pleno jure  
possideri & ad heredes transmitti possint; alias sine deter-  
minatione generis, appellationem retinent, & vocantur:  
**Erbgüter.** *Reinking. d. tract. question. 3. numer. 18.* 5.  
**& 19.** (3.) in bonis, labore, industriæ, vel alio modo  
legitimo acquisitis, vulgo wolgewonnen oder errungen  
Gut. *Cotbman. d. Consil. 38. num. 4.* ob eam scilic. ratio-  
nem, ne bona in familias semel illata, rursus auferantur  
vel alienentur, sed potius in familiis conserventur *Cotbm. 6.*  
*d. Consil. 38. num. 4. vol. 1.* (4.) in bonis feudalibus quoque  
suas vires hoc jus exercet. *I. feud. 26. tit. si de feud. defun-  
cti content.* &c. modo feudum sit antiquum *Zasius in epit.*  
*feud. part. 8. num. 61.* nullatenus vero si novum; in hoc e-  
nim

nim agnatis nihil juris competit & hinc sit, ut etiam non  
 requisito horum consensu ab illo primum acquirente lici-  
 y. te alienari possit c. alienatio de alienat. patern. feud. 2. feud.  
 8; 39. (5.) in bonis emphyteuticis. Berlich. part. 2. concl. 30. n.  
 3. Carpz. part. 2. const. Elec. 31. def. 6. (6.) in redditibus, &  
 censibus annuis, Jährlichen Gefällen und Zinsen/ Reink-  
 king. quest. 3. num. 74. dummodo sint ex rebus immobili-  
 bus perpetui aut ad longum tempus constituti. Mynsing. 1.  
 9. obseruat. 69. num. 12. secus verdi si sint modici ac brevioris  
 temporis. Gail. 1. 2. obseruat. 10. num. 1. & seqq. quamvis e-  
 nim anni redditus, nec immobiles res, neque mobiles pro-  
 priè loquendo sint, sed tertiam quandam speciem constitu-  
 ant. Jacob. Schult. pract. obseruat. 22. num. 7. Panorm. in-  
 c. nulli num. 10. de rebus Ecclesie non alien. Joban. Köppen,  
 decis. 24. num. 7. regulariter tamen, tam jure Canonico,  
 10 quam civili rebus immobilibus annumerari & jure immo-  
 biliū censeri solent. Prætereà requiritur, ut sint futuri,  
 quorum dies nondum cessit, quia redditus seu pensiones  
 cessat betagte Renten oder Zinsen/ fructibus à solo separatis  
 comparantur; & quemadmodum hi inter mobilia refe-  
 runtur, ita quoque pensiones cessat, die allbereit fällig  
 und betagt seyn/ mobilium loco habentur, Mynsing. d. ob-  
 11. servat. 69. num. 13. Gail. d. observ. 10. num. 3. Petr. Wesenb.  
 consil. 61. num. 6. (7.) In ususfructus venditione, aliisque ju-  
 ribus incorporalibus, idem usu ac consuetudine servatur.  
 12. Matth. de afflict. de jure protym. §. tota hæc lex num. 8. & 9.  
 Reinking. quest. 3. num. 93. & seqq. Absolutis rebus, in quibus  
 13. hoc jus Retractus obtinet, tandem videndum, in quibus  
 locum illud ipsum non habeat & (l.) quidem locum non  
 obtinet in rebus mobilibus. Matth. de afflict. d. §. num. 6.  
 Joban. Hering. in tract. de molend. quest. 8. num. 60. cessat  
 enim

7005

enim in illis ratio juris hujus introducendi , quæ ponitur in  
conservatione rerum in familiâ existentium , cùm potius  
sit fluxa & fragilis l. si rem mobilem 47. ff. de acquir. vel amitt.  
poss. l. peregrè 44. ff. eod. neque in eam tanta cadere potest  
affectionis consideratio , ut vestigia Majorum , illorumque  
virtutis memoria retineri possit. arg. l. quæ 22. C. de admi-  
nistr. tut. l. fin. C. qn. decret. op. non est. Deficiente ergò 14.  
ratione juris , ipsa quoque deficit juris dispositio l. dies cau-  
tioni 4. §. 6. ff. de damn. infect. Notandum tamen , si mo- 15.  
bilia immobilibus cohærent , ita ut separari non possint ,  
aut difficilis ea futura sit & simul accessoriè vel per conse-  
quentiam vendantur , quod tunc naturam mobilium de-  
ponere , & immobilium induere quasi videantur , & retrah-  
etui subjaceant l. pen. C. de servit. l. ult. in fin. C. de præscr.  
long. temp. Mynsing. 1. observat. 69. num. 12. Præprimis verò  
æquiparantur immobilibus , si sint pretiosa Mattb. Coler.  
part. 2. decis. 286. num. 48. Carpz. Resp. Elect. lib. 6. resp. 1.  
num. 23. Uude nec tutor eadem absque sufficienti causâ , & 16.  
prævio Magistratus decreto alienare potest l. lex quæ tuto-  
res 22. C. de administr. tut. Carpz. in Jurispr. Forens. ad  
Constit. Elect. 14. def. 69. part. 2. & si ejusmodi res præter ne-  
cessitatem fortè alienaverit , repeti & recuperari à posses-  
soribus poterunt l. 5. C. de præd minor. l. 5. §. 14. Et 15. ff. d.  
reb. eor. qui sub tut. vel cur. Nec (2.) valet hoc jus in rebus 17.  
immobilibus quatenus res immobilis vendita sita est in alio  
loco , ubi jus retractus non viget Tiraquell. hic. §. 1. Gloss. 1. n.  
2. licet in loco domicilii retrahere volentis obtineat , attēdi-  
tur enim quoad res immobiles jus , quod viget in loco rei  
sita , non verò jus loci , ubi persona habitat. l. rescript. in fin.  
ff. de mun. Et hon. l. an in totum C. de ædific. priv. Mynsing. 5.  
observ. 19. Nec (3.) procedit , si res interim perierit ex par- 18.

C

te

2006

te vel in totum, v. g. domo combustâ, area retrahi non potest. *Reinking.* quæst. 3. numer. 134. quia domus destructa, domus amplius non est §. 3. *Instit. de usufr.* quamvis ex iisdem cæmentis & materiâ fuerit refecta l. 98. §. 8. ff. *de so-*  
**19.** *lut.* l. 83. §. 5. ff. *V. O.* Nec (4.) locum habet in rebus venditis Principi. In his namque admittendus non est retractus, tûm ratione supremæ potestatis, quæ Principem à statutis subditorum eximit, tûm ratione universalis dominii, cuius intuitu fortius jus, quâm consanguinei in rebus subditorum, habere censetur *Bonavent.* *Gvaer.* *Diss.* *Basil.* *de retract.* *jur.* *tb.* 32. *lit.* B. C. *Petr.* *Gregor.* *in Syntagm.*  
**20.** *lib.* 26. c. 2. num. 10. Nec (5.) in rebus venditis ad usum publicum vel pium *Joban.* *de Pl. st.* *ad l. unic.* C. *de stud.* liber l. 13. C. *de oper. publ.* Quia utilitas publica anteponitur privatæ, & quæ pluribus publicè expediunt, præferuntur his, quæ singulariter quibusdam prosunt *l. utilitas* 12. C. *de pri-*  
*mip.* *l. actione* §. *Labe off.* *pro socio l. unic.* §. *pen-* C. *de cad-*  
*sollend.*

## CAP. IV.

### Exhibit formam & modum.

1. **A** Re, ad formam, remotâ omni ambage, felici pariter ac veloci pede transimus, cùm essentiam & naturam, hujus juris constituat, secundùm pervulgatum illud Philosophorum axioma; forma dat esse rei, & sine eâ non incipit res esse, *l. si is qui quadraginta* 80. §. 1. ff. *ad l. Falcid.*
2. **Bald.** *in l. cùm quis C. de juris* *E* *facti ignor.* Consistit verò in his ferè quatuor sequentibus *I.* ut retrahens justum & integrum, à primo videlicet emptore solutum offerat pre-  
tium

tium, juxtal. 13. §. 8. ff. de act. empt. l. 34. §. 1. vers. si obtulerit eam quantitatem quae refundi debet ff. de statu liber. Gail. 2. observat. 19. num. 7. Justum autem seu verum rei pretium est, quantum communis estimatione hominum valet. Perez. ad l. 2, C. de rescind. vendit. Integrum. 4. autem offerri pretium ideo necessarium est, quia sicut action ex enipto cum effectu non datur, nisi persoluto pretio, ita nec ex retractu, nisi restituto integro pretio dabitur, cum unius ejusdemque obligationis unam eandemque indivisam solutionem esse oporteat d. l. Julianus 13. ibique Gloff. & Bartol. i. quamdiu 6. C. de distract. pign. l. obsignatione 9. C. de solut. particularis enim solutio, utpote in commoda, & damnosa, non sufficit l. qui pignori 19. ff. de pign. & hypothec. l. 3. ff. fam. hercisc. Dn. D. Brunnem. ad l. 14. C. de contr. empt. hinc pro forma requiritur, ut integrum summa solvatur, tunc si nummus tantum deficiat, proinde habetur, ac si nihil solutum fuisset, juxta Gloff. in l. res bona fide 54. ff. de contrab. empt. Si vero ex errore calculi nummus unus vel alter defuerit, hoc non attenditur l. quamvis 31. ff. de condit. & demonstr. Cum vero nulla regula tam firma sit, quae suas non habeat exceptiones arg. l. 3. §. 1. ff. de injur. hinc idem hoc loco accidere videmus, & pretium integrum exsolvi, necessum haud esse (1.) si obligatio ipso iure divisa sit, veluti inter coheredes l. cetera 4. ff. fam. hercisc. l. 1. C. sic certum petat. item si plures aquae conjuncti rem dividuam pro rata suae portionis retrahant. (2.) Si pactione 10. divisa sit solutio pretii, diversis temporibus facienda, daß er auff gewisse termin oder Tagezeiten zahlen sol; tunc enim eodem iure recte utitur retrahens, & eadem dilatione in reddendo pretio fruetur Math. Wesenb. consil. 73. num. 41. Hartm. Pistor. observat. 17. Hinc eandem Pecuniae por-

2008

tionem, quæ sub initium contractus soluta est, retrahens  
itidem illicò refundere vel deponere debet, residuam ve-  
rò statis demum temporibus *Wesenb. d. consil. 73. num. 77.*  
secùs vero est, si retrahens non ita idoneus & exigibilis de-  
prehenditur, quemadmodum emptor *Reinking. quest. 6.*  
*12. numer. 38.* (3.) Si veuditor consentiat, & ultrò acceptet  
solutionem particularem. *l. stipulatus mibi 9. s. 1. ff.*  
*de solut.* cùm volenti non fiat injuria *l. injuria 1. §. 5. ff. de*  
*injur.* *l. cum donationis 34. C. de transact. c. scienti de R. J.*  
*13. in 6to (4.)* Si plures res diversis pretiis emitæ sint, tunc satis  
est, si illius rei afferat pretium, quam quis retrahere inten-  
*14.* dit *Tiraq. §. 23. Gloss. 1. num. 20.* (5.) Si certum & liquidum  
non sit pretium, tunc liquidum offerri sufficit, donec de  
reliquo constet, *l. quidam existimarunt ff. de R. C. Gæd. ad*  
*l. 32. ff. de V. S. num. 12. Gail. de pignorat. observat. 16. num.*  
*15. 5.* Potest tamen emptor à retrahente eo casu idoneam exi-  
gere cautionem de reliquo, liquidatione factâ, exsolven-  
do. *Bald. in Autb. qui semel. C. quomodo & qn. judex num.*  
*18.* quam remitti posse, si retrahens notoriè dives sit, an-  
notavit *Tiraquell. s. 3. Gloss. 3. num. 15. in fin.* Sufficit aliâs  
promissio nuda sub hypotheca bonorum de supplendo,  
quidquid deberi constiterit *Gail. 2. observat. 19. Jason. in l.*  
*16. 1. v. circa dictas ff. qui fatisd. cogunt.* Idem obtinet, si retrahens  
quantitatem persoluti pretii ignoraverit; hoc enim  
casu sufficit offerri tantum, quantum communiter pro re  
eiusmodi solvitur, addita salutari clausulâ: salvo jure resi-  
*17. dui & quantum pluris &c. Reink. quest. 7. num. 113. II:* Re-  
quis. ut unâ cum pretio rei retrahendæ sumtus tempore  
contractus factos, item laudem, & omne, quod emti-  
onis causâ erogatum est, integrè refundat *l. 27. ff. de adilit.*  
*edict. Berlich. part. 2. conclus. 40.* impensasque, si quæ fa-  
ctæ

2009

Etæ fuerint, emtori restituat. *Const. Frider. de jure protim.*  
*vers. licet, Carpz. d. constit 31. def. 7.* Et quidem, quod sum- 18.  
tus concernit, res expediti juris est, modò sint consueti &  
legales, adeò ut eorum appellatione etiam veniant num-  
mi bibales seu sumtus vini, **Wein = oder Leibkauß** / arg. l.  
quod si sumtum 37. ff. de petit. heredit. *Gail. 2. observat 19.*  
*num. 9. Berlich. part 2. conclus. 41. num 32. & sequ.* Si verò 19.  
emptor dolosè, & in fraudem consanguinei, vel proximi  
agnati modum in his excesserit, tunc ultra legitimum &  
consuetum modum retrahens refundere eos non obligabi-  
tur. l. sine herede 32. §. interposito 4. cum seq. ff. de administr.  
tit. *Gail. 2. observat. 19. num. 9.* Quoad impeusas tamen 20.  
probè distingvendum esse arbitror, inter necessarias, utiles  
& voluptarias : quoad necessarias, sine quibus rei sub-  
stantia salvamanere non potest l. 5. 6. & 7. qui potior in pign.  
l. impensa 14. ff. de imp. in res dotales fact. l. impensa 79. ff.  
de V. S. & impensa utiles, præsertim si tales sint, quales &  
ipse retrahens verisimiliter facturus fuisset l. plane 38. cum  
l. seq. ff. de petit. heredit. l. 38. l. 48. ff. de R. V. nullum est  
dubium, quin restituere eas teneatur retrahens. *vid. Petr.*  
*Gregor. Tbolosan. in Syntagm jur. univers. l. 26. c. 21. numer. 5.*  
Quod si modicæ sint atque exiguae, quales sunt, quæ ad 21.  
conservationem ædificiorum pertinent, das Haus in Dach  
und Fach zu halten/ eas restituere non tenetur, quia cum  
fructibus perceptis compensantur l. omnino 12. ff. de impens.  
in res dot. fact. minima enim non curat Prætor l. scio 4. ff.  
de in integr. restit. l. 9. in fin. ff. de dol. mal. *Gail. 2. de pac.*  
*publ. c. 10. in fin. & 2. observat. 121. num. 13.* Quod ipsum re-  
sponso confirmat *Carpzov. Constit. 32. defin. 7. auffn Fall* 22.  
gleich die Jahres Frist noch nicht verflossen/ und ihr auch da-  
hero der Nähergeltung zugebrauchen nochmals besuyet wä-

- xet/ so möchte doch der Käuffer ehe und bevor ihm nebenst dem ausgelegten Kaufgelde auch dienothwendige Besserungs-Rosten hinwiederum entrichtet / das abzutreten nicht gedrungen werden. Was aber sonst solches HaßDach und Fach zu erhalten aufgewendet worden/ seyd ihr ihme zu erstatten nis
23. verbunden/ V. R. W. Nec (2.) quæ factæ sunt in fraudem ejus, ut hâc ratione graviorem ac duriorem suam emptor efficeret conditionem Gail. 2. observat. 12. num. 6. Webner.
24. in observ. pract. verb. Besserung Nec (3.) eas quæ ab emtore proxonetis vel mediatoribus voluntariè datae sunt, ut venditio eō celerius procuretur , nisi sciente & volente venditore ad medium pretii itum fuerit. Dn. Wissenbach.
25. disput. 35. §. 14. Berlicb. part. 2. conclus. 41. num. 38. Voluptarias verò impensas retrahens restituere non tenetur, tollere verò eas potest, si commodè evelli ac abstrahi à re possint l. pro voluptariis 9. ff. de impens. in res dot. fact. quod si verò tolli haud possint salvâ rei substaniâ , distinguendum iterum est, utrum simul utilitatis non nihil contineant, nec ne. Priori modo ad aestimationem & restitutionem, impensarum tenetur; posteriori verò impensæ pro amissis ac planè nullis habentur d. l. 9. ff. de impens. in res dot. fact. l. in fundo 38. ff. de R. V. Garf. de expens. c. 1. num. 25. nam æquum est, neminem cum alterius damno & detimento fieri locupletiorem per l. nam hoc natura 14. ff. de condic.
27. indebit. III. Requis. est, ut retrahat sibi solūm , & in usum suum , non verò in utilitatem alicujus tertii, & in fraudem emptoris illam revocationem instituat. Si enim de eo constet, nihil agit , & oleum ac operam perdit, si ulterius instet, jusque sibi competens porrò urgere velit , quia nemini dolus & fraus sua patrocinari & opitulari debet c. si compromissarius §. 1. de elect. in oto l. 12. ff. de dol. mal. l. 11.

§. 1.

§. 1. ff. ad exhibend. ne ex alienā malitiā alteri emer-  
 gitur damnum per l. ult. C. de acquir. vel retinend. poss. Colli-<sup>28.</sup>  
 gitur verò ejusmodi fraus inter alia ex hoc, si statim aliquis  
 post retractum rem illam in aliud transfert. arg. l. si ven-  
 tri 24. §. 3. ff. de reb. autor. jud. posfid. Si autem nondum  
 constet, interim tamen dolus timeatur, mediante jura-  
 mento, si alter venditor ei hoc imponat, se ab illa suspici-  
 one liberare cogitur, quod hoc modo concipitur, daß der  
 angemassete Näherkäufer das verkaufste Gut zu seinem  
 selbst eigenem Gebrauch und Nutzen / und keinem andern  
 zum besten abzutreiben gemeinet. Reinking. quest. 2. num.  
 513. Neque ante illius præstationem admittitur. Gail. 2. ob-  
 servat. 19. num. 10. Unde inferre solent, jus consanguini-<sup>29.</sup>  
 tatis extraneo cedi non posse. Tiraquell. §. 26. Gloss. 1. cum  
 deficiat in extraneo ratio, ob quam concessum est hoc be-  
 neficium consanguineo, favor videlicet sanguinis, & nimia  
 affectio, quam habere creduntur posteri in bonis suorum  
 Majorum l. 22. C. de administr. tut. cessante autem causā im-  
 pulsivā, & finali privilegii, cessat & ipsum privilegium. c.  
 cum cessante extr. de appellat. c. Abbas extr. de V. S. Gail. de  
 arrest. imper. c. 10. num. 9. Notum insuper est, privilegia<sup>30</sup>  
 personalia personam non egredi §. 6. Inst. de J. N. G. & C. Jo-  
 ban. Gædd. consil. Marp. 28. num. 125. vol. 1. sed ejus offibus  
 inhærere l. 3. ff. pro socio & cessibilia non esse Dyn. in cap.  
 privilegium de R. J. in 6. Tiraquell. d. §. 26. Gloss. 1. num. 29.  
 Berlich. part. 2. concl. 2. num. 25. & part. 2. concl. 39. num. 48.  
 IV. Requisit. ut intra certum & legibus vel consuetudine  
 determinatum tempus fiat retractio, quo elapsa, tacita quæ-  
 dam ejus juris inducitur renunciatio, & retrahens posteà  
 non auditur l. fin. ff. de decret. ab ord. faciend. c. pia 1. de  
 except. in 6to. Berlich. part. 2. conclus. 40. Id quod factum<sup>31.</sup>  
 esse

esse videtur in pœnam uegligentia illius, cui hoc jus alias  
competebat; sibi enim imputet, quod in retrahendo dili-  
gentiorem se non exhibuerit, idcirco & damnum, quod  
hac suâ culpâ sentit, sentire non intelligitur l. 206. de R. J.  
Jura namque vigilantibus, non dormientibus, scripta sunt  
l. 24. ff. quæ in fraudem credit. Gail. 1. observat. 108. num.  
1. præterea intet est Reipubl. dominia rerum incerta non  
esse. Quale verò temporis spatium inquisitioni retrahen-  
tis sit indulgendum, simpliciter determinari nequit, sed  
hac in re inspicienda sunt diversa diversorum locorum sta-  
tuta & consuetudines, quæ si nihil certi determinant, ad  
jus commune recurrendum, quo tempus anni & diei con-  
cessum est, Gail. 2. observat. 19. num. 4. Joban. Cöppen decis.  
52. num. 26. Mynsing. 3. observat. 51. num. 5. Et 7. quod  
etiam constitutum legitur in Sacris. Levit. 25. v. 29. Et 30.  
verb. wer ein Wohnhaus/ etc. Similiter de jure Feudali  
feudum in remotiorem agnatum alienatum, intra annum  
revocatur. per text. express. in c. 5. §. Titius filios. si de feud.  
. defunct. content. hoc idem tempus etiam de jure Saxonico  
obtinet, ut scilicet proximus cognatus jure retractus in-  
tra annum & diem frui debeat, posteà verò excludatur. text.  
express. in Novell. elect. Augusti part. 2. constitut. 13.  
Berlich. decis. 150. part. 1. num. 1. Et seqq. A quo verò tem-  
poris punto, annus hic suum capiat initium, & deinceps  
currere pergit Dd, invicem pugnant; & diversi diversas  
amplectuntur sententias. Nonnulli defendunt à tempo-  
re initi contractus, & celebratæ emptionis venditionis,  
principium spatii illius anni ponendum esse. Carpzov.  
constit. Elec. 52. defin. 3. Moller. ad eandem num. 1. 2. 3. Et  
seqq. Alii verò à tempore demùm factæ traditionis, illius  
temporis computandum esse initium contendunt. Berlich.  
part.

part. 2. concl. 40. num. 83. Ubi tamen probè animadverteret-39.  
 dum, tempus hoc non currere (1.) si inter emptorem vel  
 venditorem oriatur controversia, puta si neget, emptio-  
 nem vel eam aliter impugnet, & interim spatium annum,  
 præterlabatur, tunc enim à tempore litis finitæ illud ipsum  
 computandum est. *Tiraquell.* d. §. 1. *Gloss.* 10. num. 36. *Bald.*  
 tr. de jur. protim. num. 14. (2.) Si inter emptorem & con-40.  
 sanguineum ipsum suboriantur lites, puta si consanguineus  
 contendat rem suam esse, eamque vindicet, tunc si in illo  
 judicio succumbat, intra annum à tempore rei judicatæ ni-  
 hilominus admittitur. *per l. contra maiores* 16. *C. de in offic.*  
*testam.* *Tiraquell.* d. *Gloss.* 10. num. 40. nisi dolo id factum,  
 fuerit *l. cum quidam* 14. ff. *de bon. possess.* *Tiraq.* cit. loc. n. 41  
 mer. 43. (3) Si facta fuerit venditio sub conditione, penden-  
 te namq; conditione non currit præscriptio *l. l. in fin.* *C. de*  
*annal. exc. l. l. in fin.* *C. de bon. mat.* (4.) Si res vendita sit cum 42.  
 pacto legis commissoriæ vel addictionis in diē *Tiraq.* d. l. n. 58. 43.  
 (5.) in contractu alterius nomine celebrato currit à tempore  
 ratihabitionis *Bald. in l. pecuniam* 9. *C. de negot. gest.* *Tira-*  
*quell.* d. l. num. 64. (6.) Si justum aliquod intervenierit im-  
 pedimentum *l. l. in fin.* *C. de annal. except.* *Tiraq.* d. loc. nu- 44.  
 mer. 124. Cæterum quæri solet: An etiam tempus illud desti-  
 natum, & quod ad retrahendum indulgetur, proximioribus 45.  
 ignorantibus quoque currat? Resp. quod non. Nam ut  
 annus retractus currat, requiritur, ut proximus agnatus sci-  
 verit venditionem, ob ignorantiam enim justam excusa-  
 tur *Gai. 2. observ.* 19. num. 10. Et *Dd. communiter ibi.* Est i-46.  
 taq; tempus illud anni & diei, quoad initium utile quoad pro-  
 gressum vero continuum, & à tempore saltem scientiæ cur-  
 rere incipit *Magnif. Dn. D. Richter decis.* 76. num. 146. hic  
 facit, quod contra ignorantem præscriptio non cur-  
 rat

D

rat

47. rat Mynsing. cent. 3. obſervat. 51. numer. 4. Joban. Löpp. decif. 52. numer 29. Siquidem facultatem agendi habere non videtur l. cùm ſex menses 55. ff. de adilit. edict. præſcriptio namque in pœnam quaſi negligentia introducta eſt. Gail. 2. obſerv. 60. num. 3. iniqūum præterea foret, illum. 48. puniri qui nihil deliquit, quod ſanè fieret. Hoc autem annum tempus tam ſtrictè obſervandum, ut ne quidē purgatio moræ admittatur, licet etiam consanguineus duorum aut trium dierum, imò ſaltem dimidiæ horæ interventu morāve post tempus elapſum bona retrahere concupifcat Gail. 2. obſervat. 19. n. 15. & ſeqq. quia hic annus eſt de forma retractus, forma autem præcisè obſervanda venit §. tutor. autem 2. Inst. de autor. tutor. l. obligari o. §. tutor. ſta. 49. tim 5. ff. eodem. Nisi juſtum ſufflamen quoddam ſeu impe- dimentum intervenerit, puta ob ægritudinem vel incurſum latronum, vel hibernum tempus, quo minus intra annum uti haud potuerit: tunc enim juſtè excuſatur l. i. in fin. C. de annal. except. Mattb. de afflict. tr. de jur. retract. §. ut intra 30. dies n. 24. Impeditus enim pro negligente non ha- 50. betur. Felin. in c. vigilanti de præscript. n. 1. Potest verò hoc Jus etiam ultimâ die & horâ annalis temporis exerceri Bern- bard. Gräven l. 2. conclus. 19. consil. 1 n. 3. Si enim aliquid in- tra certum tempus fieri debet, nihil refert, illud ultima die ac horâ vel intermedio determinati temporis fuiffe fa- ctum. Carpzov. d. conſtit. 32. defin. 2. Quod verò anno in- 51. ſuper dies fuerit adjectus, ideo hoc eſſe existimant ad tollendam illam ancipitem controverſiam, utrum dies termini computetur in termino. vid. Wiffenb. part. 1. ff. di- ſput 8. §. 5. Tiraquell. §. 3. Gloſſ. 11. n. 17. & ſeqq. Et hæc ſunt 52. neceſſaria illa requiſita, & vera tetractüs eſſentialia, quo- rum alterutro deficiente, retractū ipſum deficere certū eſt; & maxi-

20730

maxime fallitur, qui haec parum curans salvam nihilominus causam, firmoque niti talo sibi perswasum habet. Quo-  
53.  
ties namque lex plura conjunctim requirit, toties non suf-  
ficit alterum duntaxat fieri, sed utrumque adimpleri neces-  
se est. *l. si quis iij. ff. de V. O. l. fiberedis. ff. de condit. instit.*  
quod si non fiat, consequens est, actum illum corruere, aut  
vitiosum esse *l. 8. §. 17. ff. de transact. c. dilect. §. ult. in fin.*  
*de rescript. Gail. 2. observat. 19. n. 15. 16. & seqq.*

## CAP. V.

# Ostendit effectum & finem rei.

Effectus hujus juris est revocatio vel rescissio illius aliena-  
tionis, quae in præjudicium familiæ insciis vel ignorantibus agnatis & cognatis, quoad extraneum est facta, quod spectat argumentum ex *l. 74. ff. de R. J.* ut ita rescissâ ejusmodi alienatione bona nostra nobis debita quasi per adjectiōnem legitimam & legitimū acquirendi modum magis magisque augeantur & ita conserventur *arg. l. 5. in princip. C. ad L. Jul. Majest.* sub ampliatione, quam hinc inde tradunt Interpretes, ut vel à tertio etiam possessore possint omni modo recuperari, quemadmodum docet *Gail. 1. obseru. 29. n. 7. Tiraq. de retr. Lin. in præfat. introductum* ve-  
rò est in eum finem, ne bona in familias semel illata rursus auferantur, & ab iis, quibus debentur, divellantur, sed ut eorum potius accessione familiæ crescant & illustriores fi-  
ant. Huc accedit, quod pax & tranquillitas publica in omni 4.  
negotio civili considerari, omnes dissensionum occasiones præscindi ac præprimi hoc in passu cognatorum & proxi-  
mita-

mitatis ratio attendi debeat, ad quod non magis ex humana  
necessitate, quam ex rationis dictamine ac legis civilis dispo-  
sitione, tanquam lege universali invitamur. l. 7. in princ. ff.  
*de bon. damnat.*

## CAP. VI. & ult. Exponit contraria.

1. Roperamus ad portum, agmen proinde claudit cofide-  
ratio modorum, quibus hocce jus finiri solet. Tollitur
2. autem & amittitur (i.) Renunciatione, notissimum siquidem,  
quemlibet juri & favoti pro se introducto renunciare posse.
3. l. si quis 29. C. de pac*t.* quod tamen simpliciter ita exaudiens  
non est, sed adhibit*a* demum quadam distinctione in-  
ter renunciationem simplicem, quae solius tantum renun-  
ciantis nititur placito, & renunciationem conventionalem,  
quae mutu*a* partium conventione ultr*o* citroque perficitur.
4. Priori modo cum effectu juri futuro quis in tantum renun-  
ciasse non videtur, quin eo formato, & sibi delato, si velit, uti  
non possit, cum nemo sibi ipsi adeo firmam queat dicere le-  
gem, ut ab e*ā* recedere postmodum eidemminus integrum  
sit, l. si quis de legat. 3. Posteriori verò casu, cum talis re-  
nunciatione non modò contineat juris alicujus privationem,  
verùm etiam simul pactum ac obligationem de non peten-  
do, effectum suum omnino consequitur, & renuicantem.
5. planè excludit, adeo quidem, ut si post pœnitentiā ductus  
retrahere cupiat, exceptione pacti conventi de non petendo  
repellatur, & ulterius non audiatur l. queritur 14. §. si vendi-  
tor. 9. ff. de edilit. edict. l. 1. §. qui semel 6. ff. de success. edict.  
Menoch. cons. 197. n. 87. non enim debet ipsi displicere, quod
7. semel placuit C. quod semel de R. J. in 6to Neque interest, u-  
trum

2017

trum post, an vero ante impletum venditionis contractum  
facta sit renunciatio, cum non tantum juris quæsiti, verum  
etiam quærendi renunciatio subsistat per l. in plurimum 70. in  
fin. ff. de acquir. hered. Renunciasse autem juri suo non vi- 8.  
detur i. qui altero denunciante non expressè renunciat juri  
retractus, nec venditioni consentiat, quia renunciationes,  
tanquam odiosæ & stricti juris, non facilè præsumuntur. l.  
cum de debito 25. ff. de probat. Berl. part. 2. concl. 40. n. 28. 2. q.  
Qui contractui tanquam testis vel Notarius interfuit, aut ra-  
tione officii, v.g. ut tutor, curator &c consensit, admittitur  
intra legitimum tempus, quamvis de jure suo non proteste-  
tur, cum ex necessitate officii id facere videatur l. sicut 8. §.  
non videtur 15. ff. quib. mod. pign. vel. hypoth. solv. l. Caius Se- 10.  
jus 39. ff. de pign. act. 3. Qui facta denunciatione illud aliquâ  
ex causa differt Magnif. Dn. D. Richt. dec. 76. §. 172. Tollitur  
hoc jus (2) præscriptione; Reipubl. etenim interest, domi-  
nia rerum incerta non esse l. 1. ff. de usurp. & usu-  
cap. Injustum præterea foret emptorem in perpetuo metu 12.  
versari. Hinc necessitas simul & æquitas postulavit, ut cer-  
tus quidam præfigeretur terminus, intra quem qui vult, jus  
suum proponere & in judicio deducere valeret, quo vero  
præterlapso, jure suo caderet, & in totum illo privaretur.  
Jura namque vigilantibus scripta sunt l. 24. ff. que in frau-  
dem Cred. & sibi imputet damnum, quod suâ culpâ sentit l.  
206. ff. de R. 3. Hæc itaque impræsentiarum dicta sufficiant 13.  
de modis, quibus jus retractus legitimum vel gentilitium fi-  
nitur. Quibus unâ & nostra hoc de jure  
finitur Disputatio.

SOLI DEO GLORIA.

D 3 COROL.

12078

COROLLARIA MISCELLANEA.

I.

JUS Retractus in solo contractu emptionis venditionis regulariter obtinet.

II.

Computatio graduum in retractu , potius secundum jus Civile, quam Canonicum institui debet.

III.

Juri optionis & repræsentationis locus non est in jure tetractus.

IV.

Jus retractus de Jure Saxonico in linea collaterallilocum non habet.

V.

In causâ matrimoniali Parentes pro liberis testes esse possunt.

VI.

Advocati & Procuratores in causâ Clientū suorum, quā ipsi suo patrocinio sustinent, testes idonei non sunt.

VII.

Procuratores non sunt Advocati.

VIII.

Procuratores non sunt Defensores.

IX.

Infames possunt esse Procuratores.

X.

Tempus longum in jure dicitur decennium.

XI.

XI.

**Carnifices non sunt infames.**

XII.

**Iniqua privatæ vindictæ est arrogatio, quâ Carnificē primo iectu ab executione aberrantem lapidibus obruere vulgus audet.**

XIII.

**Clerici de Jure Canonico coram judice Laico conveniri queunt.**

VIX.

**De Jure Canonico, non secus ac Civili, testibus injuratis non creditur, licet illi sint Clerici, ac Verbi Divini Præcones.**

XV.

**Confessionarii non tenentur revelare quæ ipsi à confitentibus in confessionibus auricularibus concedita**

XVI.

**A Processu inquisitorio neque leuterare neque appellare licet.**

XVII.

**De jure Divino & Civili poena furti capitalis non est.**

XIX.

**Furtum quandoq; absq; animo furandi perpetratur.**

XIX.

**In re minimâ furtum fieri posse, dubium non est.**

XX.

**Voluntas & verba in furto, effectu non subsecuto, non attenduntur.**

XXI.

2020

xxi.

Injuria absq; animo injuriandi nō committitur.

xxii.

Injuriam ab aliis auditam aliis revelans injuria-  
rum tenetur, adeò, ut nec nominando auto-  
rem suum, liberare se ab actione possit.

xxiii.

De jure Civili, Naturali, & moribus, ubiq; fermè  
recepta est injuriarum retorsio legitima.

xiv.

Injusta inter opifices nonnullos est recepta con-  
suetudo, ne quis extra opificium uxorē ducat.

xxv.

Ineptus est mos Collegiorum, quo certâ sub pœ-  
nâ prohibitum est, ne quod unus incepit, al-  
ter perficiat. xxvi.

Quæ filios textorum, tonsorum, opilionum, &c.  
Collegiis opificū arcet, damnata est opinio.

xxvii.

Vana & ridicula constitutio est typographorū,  
lanionum, figulorū, & aliorū, ob qua discipu-  
los ante declarationem baptizant, fustigant,  
& exagitant. xxviii

Jure Feudali uterini cum fratribus Germanis &  
consanguineis ad successionem non admit-  
tuntur, sed ab eâ planè excluduntur.

xxix.

Dispositio Testamentaria in feudi regulariter nō  
habet locum. xxx.

Feudum acquiritur præscriptione.

IN

2021

**D**N TE prælucet vene-  
randa scientia juris  
**H**EINTSCHI, quæ merito  
gaudet ubique Tuo.

Gratulor applausus, quos sum-  
mo jure reportas.

Proficiant Patriæ nomina  
clara Tuæ

*Praeclarissimo Domino Heintschio J. U. Docto-  
rando Dignissimo de inaugurali agonis-  
mate præsenti hocce animitus gratula-  
tur.*

**Joh. Theodorus Schenck.**  
**M. D. P. P. Acad. h. t.**  
**RECTOR.**

---

**H**eintschiadum nomen præclaro nomine  
fulget.

*Dum facem docto prætulit hocce choro.*

*E*                   *Nec*

2022

*Nec moritur, vivit, vivet virtute novellâ  
Hacque Tuâ, crescas: gratulor Hein-  
schiadi*

In honorem Clarissimi Domini Docto-  
randi Fautoris ac quondam Audi-  
toris atque Commensalis sui ami-  
cissimi hæc adponeb.

**Ernestus Fridericus  
Schröter D. & P.P. P.**

---

**P**rædia majorum retrahunt, qui san-  
guine juncti,

**H**is quia nil quicquam dulcior  
cesser solet:

**H**eintschius agnatus Themidis sic  
præmia poscit  
Debita, quæ cunctis dulcia, grata,  
bonis.

*Ita Clarissimo Dn. Doctorando de novis bo-  
noribus ex animo gratulatur*

*Johannes Christophorus Falchner/  
J. V. D. Prof. Publ.*

77.

2023

JURA RETRACTUS modò TE ju-  
vare

HÆC satis monstrant. Quid? HONO-

RA NOMEN

Mox retractabit: Benè! nunc retracta

JURA RETRACTUS!

Nobilissimo, Consultissimoque Domino Do-  
ctorando antiquâ virtute & fide prä-  
claro, pristinâ conversatione mibi  
conjunctissimo grat.

Adrian Beier D.

---

Quid sit Retractus? Summò de Ponte  
cathedra,

Ut Doctorandus publica verba facis  
Hunc laudistitulum gratans TIBI com-  
precor, ingens,

Te decus esse Patri, Teque vigere diu!

Hæcce

Pristinum & gratantem animum significa-  
turus lubenter quamvis volanti calamo  
adponebat.

Gothofredus Mæbius Ph. & Med.

Doctor & Practicus Jenæ.

E 2

I. VA-

DH

2024

I.

VARIATIO  
PRONOMINIS RELATIVI, QUI, per

quinque casus Epicô-versifica

**Q**ui, se ne teneris labes corruptat ephē-  
bum,

Nobilej moly suis mature colligit annis.

**C**UJUS ab unguiculis, aliquando solvere Juris,  
Mens fuit, hos teretes, laqueos, nodosq;  
latentes,

Has pedicas, tenuesque plicas hamosque  
nocentes,

**C**UI Themis ad summos radiosum lumen ho-  
nores.

Fatidico præluxit agro, calidæque veredo  
Laudis ad oppositæ rapto vastigia metæ  
Germen honorandæ porrexit amoenius  
herbæ,

**Q**UEM Themis & melior Virtus exæquat O-  
lympos;

**A**QUO sita procul rabies livoris acerbi  
Quæ solet esse istis Virtutibus obvia semper.

II.

PRONOMINIS DEMONSTRA-  
STRATIVI HIC, itidem per quinque  
casus Elegiaco - Versifica.

HIC

AV. I

HIC & volgato se non dat more Themisti,

Rectius ut Juris consolidetur opus.

HUJUS amore flagrant flagrantes sidere fau-  
sto :

Pierides, Charides, Pallas, Apollo, The-  
mis.

HUIC in spinosis Themis aurea casibus adstat  
Semper quo felix continuare queat.

HUINC quoque præterea mox ! mox ornare  
minatur.

DOCTORIS titulò JURIDICINA suò.

HOC magnò gaudet Natò Venus alma , su-  
umque

Jure PROTIMISEOS utier usque jubet.

tantVs faMâ, heIntsChI, teste VeL IpsVs  
aDes. faustæ adclamationis ergo

aDleCta

abSTVo

aD nVtVs

DanleLe beIero

PRÆmia sudorem sic summum sum-  
ma sequuntur,

Laurum certantem sic retulisse  
decet.

E .

Gra-

2026

Grator summa TIBI sudoris Præmia!  
Laurus,  
Victori vireat, Nomen Honor-  
que TIBI!

*Hisce Nobilissimo Domino Docto-  
rando, amico suo intimo gra-  
tulatur,*

J. Kirchhoff, Osterv.

---

CONATUM & HONOREM

publicum

VIRI

Nobilissimi & Consultissimi

DNI

JOHANNIS CHRISTO-  
PHORI HEINTSCHII, JU.

Doctorandi dignissimi atque  
celeberrimi

<sup>DE</sup>

RETRACTU

disputantis

Filiij

2027

Fili MAGNI PARENTIS, PATRONI  
MEI CERTISSIMI, optumi, Fautoris

mei in perpetuum colendi  
ex amoris stimulo

Hoc gratulatorio promptissimo

<sup>veneratur</sup>  
M. Paulus Gottlieb Berlichius,  
Dresda - Misnicus.

H Actenus inservis Praxiceu jure pe-  
ritus,

Nunc rursus profers quid sibi Jura  
velint?

Hinc de RETRACTUS causis sub Prä-  
side magno,

FALCKNER o doctè disseris atque  
refers.

Hic cum spectatis Collegis voce salu-  
tans

Te DOCTORANDUM prospere cun-  
cta vovet.

Hanc acquisitam studii, cum laude per-  
acti,

Me-

2028

Metam cum reliquis gratulor ipse  
Tibi.

Hinc precor, ut fias Patris Patriæque  
columna,  
quæ sine jacturâ tempus in omne  
valet.

FINIS.



Præs. XI. Vol. 9 Anno

De Bure occursus p. 2083.	X	Lyck. Tril. Fera 1686
De absolutione in furo pleniter et ali et contentio. p. 2148	X	Simon Fier. Fera 1686.
De Sportulis p. 2222.	X	Aelich Wolff Fera 1683.
De portione statutaria p. 2252	Schack	- Lips. 1692
De universitate rusticana - cir. p. 2341.	Oscar Etius	Lips. 1718.
Antiqua gradus Bistiniare	Simon Rüke	Fera 1683
p. 2396.		
De Stellionatu p. 2454.	Stur. Stell.	Fera 1687.
De Collegis officiis p. 2482	Schill	Lips. 1680



